Et interrogauerunt eum dicentes
magister scimus quia recte dicis &
docens & non accipis personam sed
in ueritate uiam dei doces Licet nobis
tributum dare cesari an non Considerans
autem dolum illorum dixit ad illos
quid me temptatis ostendite mihi
denarium cuius habet imaginem &
inscriptionem Respondentes dixerunt
cesaris Et ait illis quid ergo reddite
quae sunt cesaris cesari & quae sunt
dei deo Et non potuerunt uerbum
eius reprehendere coram plebe & mirati
in responso eius tacuerunt Accesserunt
autem quidam de sadducaeis qui
negant resurrectionem dicere & interro
gauerunt eum dicentes magister
moyses scripsit nobis quia si cuius
frater mortuus fuerit habens uxorem
& hic sine filiis fuerit ut accipiat
frater eius uxorem illius & resuscitet
semen fratri suo Septem ergo fratres
erant & primus accepit uxorem &
mortuus est sine filiis Et secundus
& tertius accepit illam similiter autem
& omnes septem non reliquerunt semen
& mortui sunt Nouissima autem &
mulier defuncta est Quae ergo ex
septem erit uxor in resurrectione
Omnes enim habuerunt eam uxorem
Et ihesus dixit illis filii huius seculi
nubunt & traduntur ad nuptias Illi
autem qui digni habebuntur seculo illo
& resurrectione ex mortuis neque
nubent neque uxores ducent Neque
enim mori ultra poterunt aequales
enim angelis sunt & filii sunt dei
cum sint filii resurrectionis Quod
autem resurgant mortui & moyses
ostendit super rubum sicut dicit
dominum deum abraham & deum
isaac & deum iacob Deus autem non
est mortuorum sed uiuorum omnes
enim uiuunt Adstantes autem quidam
scribarum dixerunt magister bene
dixisti Et amplius non audebant
quicquam interrogare eum Ipse autem
dixit quomodo dicunt christum filium
dauid esse Et ipse dauid dicit in
libro psalmorum dixit dominus domino
meo sede a dextris meis donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum
Dauid ergo dominum eum uocat &
quomodo filius eius est Et audiente
omni plebe dixit discipulis suis
Attendite a scribis qui uolunt ambulare
in stolis & amant salutationes in
foris & primas cathedras in synagogis
& primos discubitus in conuiuiis
qui deuorant domos uiduarum simulan
tes longam orationem hi accipient
prolixius iudicium Uidit autem
ihesus mittentes munera sua in gaza
dixit autem & uiduam quandam
pauperculam mittentem minuta duo
aera Et dixit uere dico uobis quia
uidua haec pauper plus quam omnes
misit Omnes enim hi ex abundanti
bus sibi miserunt in munera dei haec
autem de penuria sua omnem uictum
quem habuit misit Quidam autem
dicentibus de templo quod bonis lapi
dibus & donis ornatum esset dixit
Uenient dies in quibus non relinquetur
lapis super lapidem qui non destruatur
Interrogauerunt autem illum dicentes
magister quando ergo haec erunt &
quod signum cum fieri incipiunt haec
scire Et ait illis uidete ne seducamini
multi enim uenient in nomine meo
dicentes quia ego sum & tempus
appropinquauit ite ergo post eos
Cum autem audieritis proelia & seditiones
nolite terreri oportet enim haec primum
fieri sed non statim finis Tunc dicebat
illis surget gens contra gentem & regnum
aduersus regnum Et terre motus magni
per loca & pestilentiae & fames terro
resque de celo signa magna erunt
Sed ante haec omnia iniicient in uos
manus suas & persequentur tradentes
in synagogas & custodias trahentes
ad reges & presides propter nomen
meum continget autem uobis in testi
monium Ponite ergo in cordibus
uestris non praemeditari quemadmodum
respondeatis Ego enim dabo uobis os
& sapientiam cui non poterunt resistere
& contradicere omnes aduersarii uestri
Tradentur autem a parentibus & fratribus
& cognatis & amicis & morte afficient
ex uobis Et eritis odio omnibus propter
nomen meum & capillus de capite uestro
non peribit In patientia uestra possidebitis
animas uestras Cum autem uideritis
circumdari ab exercitu hierusalem tunc
scitote quia appropinquauit desolatio
eius Tunc qui in iudea fugiant ad
montes & qui in medio eius discedant
& qui in regionibus non introeant in
eam quia dies ultionis hi sunt ut
impleantur omnia quae scripta sunt
Ue autem praegnantibus & nutrientibus
in illis diebus erit enim pressura magna
super terram & ira populo huic Et
cadent in ore gladii & captiui ducentur
in omnes gentes & hierusalem calcabitur
a gentibus donec impleantur tempora
nationum Et erunt signa in sole &
luna & stellis & in terris pressura
gentium prae confusione sonitus maris
& fluctuum Arescentibus hominibus
prae timore & expectatione quae
superuenient uniuerso orbi nam
uirtutes celorum mouebuntur Et tunc
uidebunt filium hominis uenientem in
nube cum potestate magna & maiestate
Cum autem haec fieri incipient respicite
& leuate capita uestra quoniam appropin
quat redemptio uestra Et dixit illis
similitudinem uidete ficulneam & omnes
arbores cum producunt iam fructum
uestrum scientes quia prope est aestas
Ita & uos cum uideritis haec fieri
scitote quia prope est regnum dei
Amen dico uobis quia non praeteribit
generatio haec donec omnia fiant
Caelum & terra transibunt uerba autem
mea non praeteribunt Attendite autem
uobis ne forte grauentur corda uestra
in crapula & ebrietate & curis huius
uitae & superueniat in uos subito dies
illa Tamquam laqueus enim superueniet
in omnes qui sedent super faciem
omnis terrae Uigilate itaque omni
tempore orantes ut dignum habeamini
fugere ista omnia quae futura sunt &
stare ante filium hominis Erat autem
docens in templo exiens uero pernoctabat
in monte qui uocatur oliueti Et omnis
populus mane uenit ad eum in templum
audire eum Erat autem dies festus
azimorum qui dicitur pascha Et
quaerebant principes sacerdotum &
scribe quomodo eum interficerent
timebant autem populum Intrauit
autem satanas in iudam qui cognomi
natus est scarioth unum de numero
duodecim Et abiit & locutus est cum
principibus sacerdotum & magistratibus
quemadmodum illum traderet illis Et
confisi sunt & pepigerunt pecuniam
illi dare Et spopondit & quaerebat
oportunitatem ut traderet illum sine
turba eis Uenit autem dies azimorum
in qua necesse erat occidi pascha
Et misit petrum & iohannem dicens
euntes parate nobis pascha ut manducemus
Qui dixerunt ei ubi uis paremus tibi
Et ait illis ecce introeuntibus uobis
in ciuitatem occurret uobis homo
amphoram aquae portans sequimini
eum in domum in qua introit & dicetis
patri familias domus dicit tibi ubi est
refectio ubi pascha cum discipulis meis
manducem Et ipse uobis demonstrabit
cenaculum grande stratum & ibi parate
Euntes autem inuenerunt sicut dixerat
illis & parauerunt pascha Et cum
facta esset hora discubuit & duodecim
apostoli cum eo Et ait illis desiderio
desideraui hoc pascha manducare
uobiscum antequam patiar Dico enim
uobis quia ex hoc non manducabo illud
donec impleatur in regno dei Et
accepto calice gratias egit & dixit
accipite & diuidite inter uos Dico
enim uobis quia non bibam de generatione
uitis donec regnum dei ueniat Et
accepit panem gratias egit & fregit
& dedit eis dicens hoc est corpus
meum quod pro uobis datur hoc facite
in meam commemorationem Similiter
& calicem postquam cenauit dicens
hic calix nouum testamentum in meo
sanguine qui pro uobis fundetur
Uerumtamen ecce manus tradentis me
mecum est in mensa Et filius quidem
hominis secundum quod diffinitum est
uadit uerumtamen uae homini illi per
quem tradetur Et ipsi coeperunt
quaerere inter se quis esset ex eis qui
hoc facturus esset Facta est autem
& contentio inter eos quis eorum
uideretur esse maior Dixit autem eis
reges gentium dominantur eorum &
qui potestatem habent super eos
benefici uocantur Uos autem non sic
sed qui maior est in uobis fiat sicut
minor & qui praecessor est sicut
ministrator Nam quis maior est qui
recumbit an qui ministrat nonne qui
recumbit Ego autem in medio uestrum
sum sicut qui ministrat Uos autem
estis qui permansistis mecum in
temptationibus meis & ego dispono
uobis sicut disposuit mihi pater meus
regnum ut edatis & bibatis super
mensam meam in regno meo & sedeatis
super thronos iudicantes duodecim
tribus israhel Dixit autem dominus
simon simon ecce satanas expetiuit
uos ut cribraret sicut triticum Ego
autem rogaui pro te ut non deficiat
fides tua & tu aliquando conuersus
confirma fratres tuos Qui dixit ei
domine tecum paratus sum & in
carcerem & in mortem ire Et ait
dico tibi petre non cantabit hodie
gallus donec ter abneges nosse me
Et dixit illis quando misi uos sine
sacculo & pera & calciamentis numquid
aliquid defuistis At illi dixerunt
nihil Dixit ergo illis sed nunc qui
habet sacculum tollat similiter & peram
& qui non habet uendat tunicam suam
& emat gladium Dico enim uobis
quoniam adhuc hoc quod scriptum est
oportet impleri in me & cum iniquis
deputatus est Etenim ea quae sunt
de me finem habent Qui dixerunt
domine ecce gladii duo hic at ille
dixit eis satis est Et egressus ibat
secundum consuetudinem in montem
oliueti Secuti sunt autem illum &
discipuli eius Et cum uenisset ad
locum dixit illis orate ne intretis in
temptationem Et ipse auulsus est ab
eis quantum jactus est lapidis & positis
genibus orabat dicens pater si uis
transfer calicem istum a me uerumtamen
non mea uoluntas sed tua fiat Apparuit
autem illi angelus de celo confortans
eum Et factus in agonia prolixius
orabat Factus est autem sudor eius
sicut guttae sanguinis decurrentis in
terram Et cum surrexisset ab oratione
& uenisset ad discipulos suos dormientes
inuenit eos prae tristitia Et dixit
illis quid dormitis surgite orate ne
intretis in temptationem Adhuc eo
loquente ecce turba & qui uocabatur
iudas unus de duodecim antecedebat
eos & appropinquauit ihesu ut oscularetur
eum Ihesus autem dixit illi iuda
osculo filium hominis tradis Uidentes
autem hi qui circa ipsum erant quod
futurum erat dixerunt domine si
percutimus in gladio Et percussit
unus ex illis seruum principis sacerdotum
& abscidit auriculam eius dexteram
Respondens autem ihesus ait usque
huc usque Et cum tetigisset auriculam
eius sanauit eum Dixit autem ihesus
ad principes sacerdotum & magistratus
templi & seniores qui uenerant ad
eum tamquam ad latronem existis cum
gladiis & fustibus Cum quotidie
uobiscum fuerim in templo non extendistis
manus in me sed haec est hora uestra
& potestas tenebrarum Comprehendentes
autem eum duxerunt & introduxerunt
in domum principis sacerdotum Petrus
autem sequebatur a longe Et cum
accendissent ignem in medio aule &
circumsedissent simul erat petrus in
medio eorum Quam cum uidisset
ancilla quaedam eum sedentem ad lumen
& eum adtentius aspexisset dixit hic
cum illo erat Et negauit eum dicens
mulier non noui illum Et post paululum
alius uidit eum & ait & tu ex illis es
Petrus autem ait homo non sum Et
intermissa quasi hora una alius quidam
affirmabat dicens & hic cum illo erat
nam & galilaeus est Et ait petrus
homo nescio quod dicis Et continuo
adhuc illo loquente uox cecinit gallus
Et conuersus dominus respexit petrum
Et recordatus est petrus uerbi domini
sicut dixerat quia priusquam gallus
cantet ter me negabis Et egressus
foras petrus flebat amare Et uiri qui
tenebant illum illudebant illi caedentes
Et uelauerunt eum & percutiebant
faciem eius & interrogabant eum
dicentes prophetiza quis est qui te
percussit Et alia multa blasphemantes
dicebant in eum Et ut factus est dies
conuenerunt principes sacerdotum &
seniores populi & scribae & duxerunt
illum in concilium suum dicentes si
tu es christus dic nobis Et ait illis
si uobis dixero non credetis mihi si
autem & interrogauero non respondebitis
mihi neque dimittetis Amodo autem
erit filius hominis sedens a dextris
uirtutis dei Dixerunt autem omnes
tu ergo es filius dei Qui ait uos
dicitis quia ego sum Et ait quid
adhuc desideramus testimonium ipsi
enim audiuimus de ore eius Et surgens
omnis multitudo eorum duxerunt illum
ad pilatum Coeperunt autem illum
accusare dicentes hunc inuenimus
subuertentem gentem nostram & prohi
bentem tributa dare cesari & dicentem
se christum regem esse Pilatus autem
interrogauit eum dicens tu es rex
iudeorum At ille respondens ait tu
dicis Pilatus autem ait principibus
sacerdotum & turbis nichil inuenio
causae in homine hoc Illi autem
inualescebant dicentes quia commouet
populum docens per uniuersam iudeam
incipiens a galilea usque huc Pilatus
autem audiens galilaeam quaesiuit si
homo galilaeus esset Et ut cognouit
quod de potestate herodis esset remisit
eum herodi qui & ipse hierosolymis
erat illis diebus Herodes autem uisus
ihesu gauisus est nimis erat enim
cupiens ex multo tempore uidere eum
eo quod audisset multa de eo & sperabat
signum aliquod uidere a eo Interrogabat
autem eum multis sermonibus at ille
nichil illi respondebat Stabant autem
principes sacerdotum & scribae constanter
accusantes eum Sprevit autem illum
herodes cum exercitu suo & inlusit
indutum ueste alba & remisit illum
pilato Facti sunt autem amici herodes
& pilatus in ipsa die nam antea erant
inimici ad inuicem Pilatus autem
conuocatis principibus sacerdotum &
magistratibus & plebe dixit ad illos
obtulistis mihi hunc hominem quasi
auertentem populum & ecce ego coram
uobis nullam causam inuenio in homine
hoc ex his in quibus eum accusatis
sed neque herodes nam remisi uos ad
illum & ecce nichil dignum morte
actum est ei Emendatum ergo illum
dimittam Necessitatem autem habebat
dimittere eis per diem festum unum
Exclamauit autem simul uniuersa turba
dicens tolle hunc & dimitte nobis
barabbam Qui erat propter seditionem
quandam factam in ciuitate & homicidium
missus in carcerem Iterum autem
pilatus locutus est ad eos uolens
dimittere ihesum At illi supercla
mabant dicentes crucifige crucifige
eum Pilatus autem tertio dixit ad illos
quid enim mali fecit iste nullam causam
mortis inuenio in eo corripiam ergo
illum & dimittam Illi autem instabant
uocibus magnis postulantes ut crucifigeretur
& inualescebant uoces eorum Et
pilatus adiudicauit fieri petitionem
eorum Dimisit autem illis eum qui
propter seditionem missus fuerat in
carcerem quem petebant ihesum autem
tradidit uoluntati eorum Et cum
ducerent eum apprehenderunt simonem
quendam cyrenensem uenientem de uilla
& imposuerunt illi crucem portare
post ihesum Sequebatur autem illum
multa turba populi & mulierum quae
plangebant & lamentabantur eum
Conuersus autem ad illas ihesus dixit
filiae hierusalem nolite flere super me
sed super uos ipsas flete & super filios
uestros Quia ecce uenient dies in
quibus dicent beatae steriles & uentres
qui non genuerunt & ubera quae non
lactauerunt Tunc incipient dicere
montibus cadite super nos & collibus
operite nos Quia si in uiridi ligno
haec faciunt in arido quid fiet Ducebantur
autem & alii duo nequam cum eo ut
interficerentur Et postquam uenerunt
in locum qui uocatur caluariae ibi
crucifixerunt eum & latrones unum a
dextris & alterum a sinistris ihesus
autem dicebat pater dimitte illis non
enim sciunt quid faciunt Diuidentes
autem uestimenta eius miserunt sortes
Et stabat populus spectans & deridebant
eum principes cum eis dicentes alios
saluos fecit se saluum faciat si hic
est christus dei electus Inludebant
autem illi & milites accedentes & aceto
offerentes ei & dicentes si tu es rex
iudeorum saluum te fac Erat autem
& superscriptio scripta super eum
litteris graecis & latinis & hebraicis
hic est rex iudeorum Unus autem de
his qui pendebant latronibus blasphemabat
eum dicens si tu es christus saluum
fac temetipsum & nos Respondens
autem alius increpabat eum dicens
neque tu times deum quod in eadem
damnatione es Et nos quidem iuste
nam digna factis recipimus hic autem
nichil mali gessit Et dicebat ihesu
memento mei cum ueneris in regnum
tuum Et ait illi amen dico tibi hodie
mecum eris in paradiso Et erat fere
hora sexta & tenebrae factae sunt in
uniuersam terram usque in horam nonam
Et obscuratus est sol & uelum templi
scissum est medium Et clamans uoce
magna ihesus ait pater in manus tuas
commendo spiritum meum Et haec
dicens expiauit Uidens autem centurio
quod factum fuerat glorificauit deum
dicens uere hic homo iustus erat Et
omnis turba eorum qui simul aderant
ad spectaculum istud & uidebant quae
fiebant percutientes pectora sua reuertebantur
Stabant autem omnes notui eius a longe
& mulieres quae secutae eum erant a
galilea haec uidentes Et ecce uir
nomine ioseph qui erat decurio bonus
& iustus hic non consentiebat consilio
& actibus eorum ab arimathia ciuitate
iudeae qui & ipse erat expectans
regnum dei Hic accessit ad pilatum
& petiit corpus ihesu Et deposuit
illud & inuolutum sindone posuit
illum in monumento excisum in quo
nondum quisquam positus fuerat
Et sabbatum illucescebat quae est
ante sabbatum Subsequentes autem
mulieres quae uenerant cum ihesu de
galilea uidebant monumentum & quemadmodum
positum esset corpus eius Et reuertentes
parauerunt aromata & unguenta Et
sabbato quidem siluerunt secundum
mandatum

Una autem sabbatorum ualde diluculo
ueniunt ad monumentum portantes
quae parauerunt aromata & quidam
mecum & inuenerunt lapidem reuolutum
a monumento Et cum introissent non
inuenerunt corpus domini ihesu Et
factum est dum mente consternatae
essent de hac re ecce duo uiri astiterunt
iuxta illas in ueste fulgenti Et cum
timerent & declinarent facies deorsum
dixerunt ad illas quid quaeritis uiuentem
cum mortuis non est hic sed surrexit
recordamini quomodo locutus est uobis
cum adhuc esset in galilea dicens
filium hominis oportet tradi in manus
hominum peccatorum & crucifigi &
die tertia resurgere Et recordatae
sunt uerborum eius & regressae a
monumento nuntiauerunt haec omnia
illis undecim & ceteris omnibus Erant
autem maria magdalene & iohanna &
maria iacobi & ceterae quae cum eis
erant quae dicebant ad apostolos haec
Et uisa sunt ante illos sicut deliramentum
verba & non credebant illis Petrus
autem surgens cucurrit ad monumentum
& procumbens uidit linteamina sola
& abiit secum mirans quod factum
fuerat Et ecce duo ex illis ibant ipsa
die castellum unum abentes nomen
emmaus quod erat stadiis sexaginta
ab hierusalem Et ipsi loquebantur ad
inuicem de his omnibus quae acciderant
Et factum est dum fabularentur &
secum quaererent & ipse ihesus adpropinquans
ibat cum illis Oculi autem illorum
tenebantur ne eum agnoscerent Et
ait ad illos qui sunt hi sermones quos
confertis ad inuicem ambulantes & estis
tristes Et respondens unus cui nomen
cleophas dixit ei tu solus peregrinus
es in hierusalem & non cognouisti
quae facta sunt in illa in diebus istis
Et ait eis quae Et dixerunt de ihesu
nazareno qui fuit uir propheta potens
in opere & sermone coram deo & om

ad flagellandum tuum fetet & am
plius fetido ꝓ Proprium
vsq; quo magis quandiu
humor ordinato toto a
plius stare Lu aut lō sedā
Hic ideo recte reparari qui
sluxu carnalium uoluptatum
quibus affligunt apparet
diuitias quas quanto ꝑ
propriores diuinitus quibus no
bene uti tanto ardentius talia
Hendas ihs diuinitus impetrat
ad legis precepta & phari
sei qui dicit sabbato curare
at illi tanquam dñs diuinitus
dixit ihs ad hoc respicit ꝙ
remissio ꝑ & ꝓ huabat cu
ad dicit ihs domum Hanc
augustinus principibus phariseis sabba
ma duarum panem & carnem quidam
vbi purus erat ante illum ꝓ ve
apprehendit sanauit ac dimisit



de spū sc̄o et p̄ceta d filiabus
et probat et cu aut lō terra
Respd petr ad hīc qui ad
sequ se potest pauca sc̄a
mala q̄ qui vq ad finē pdurat
et ad huc p qualitatē meritor
alīq̄ de ecclesia no descrit et
Dic ei ihc veni et cōpleat
hēdt creator meus et
saluator et huc modicū est me
et stilla but maior dulcedinē
et omē collēs cultū crucis d
cup bn aīe de sua et tollenta
Respondit ihc tue ē me dīc
ē dne sanitatis mee pū
stat vt que sua gdiator acce
rit tua clemēt expetat (et)
capitulū p dictū ad collēa dne
ad mā ad vi et ad vesp nō vīt
sēp et sc̄t de dō cup magis am
de dō et hoc dr sūct d sperta sua
sequi sile et d pabbio sīm vīt et sūcta

Hec dicat dns confitebor tibi ad
dnm deus tuus qui correxisti
me in iniquitate tua confitere uobis
ne deus et quoniam ad dnm Collecta
Preueniat nos dne deus ut ob
tuam nos sanctam tuam deuo
tione circumdet et comple tibi placeas
et mitte super nos dnm Lectio epistole
Per illo tpe dicebat dns discipu
lis suis dne quotiens peccabit in me frater
meus et dimittam ei numquid usque
septies et dicit illi ihs non dico tibi
usque septies sed usque septuagies
septies propter hoc assimilatum est
regnum celorum homini regi qui
uoluit rationem ponere cum seruis
suis et cum cepisset rationem offerri
ei unus debitor decem milia talen
torum et cum non haberet unde red
deret illum dominus eius iussit
eum uendi et uxorem eius et filios
et omnia que habebat et reddi
tum illud autem cum procidens
ergo seruus ille orabat eum dicens

fraulnea d fructuosa qd mlier
d chata qz Gor fraulnea t3 uata
quod mlier ē chata Iō terria
Ille vince t nō vcit ad fraul
nea 7 fructu minime d vcit
t mlier ē chata Dcit 7 octo
anis fuerit ouina Gor aut de
cem 7 octo anoz nō sstinat
quod t nō Dns vince ad fruc
tuosa fraulnea ucnisse p qd dat
qr Dicto illis Locuto Capit
Dns ad moysen Dicēs Luto de
cio Die mensis septimi qn qdsa
ueris omis fructs t nec ede
bebitis sabb Dm septe Dicto
Die p̄mo 7 Die octauo ē sabbm
d t equis Deo gratias Thū
Dixit aut Dns ad eloisē vince
ar anī tecū sut qquo venio qucūq
fructu d fraulnea hac 7 no d vemo
fuide go illū vt quid cia tedo ocupat

Gratia actio Dñica xviii cāpa
Deo meo ſp & nobis d gra
dei que data ē mihi p ihm
q̄ d obs d uñtes ſa eſt d
dom vo & d omi ſtcdo ſc
tqmonm xpi q̄ ſic mat d
vobis d gr Collecta
Oſrigat q̄ea nra d nc q
tuc mi cōnoīb opcāo q̄
tbi ſ̄ te plac̄ no poſſ
In illo tpe d ouerſ mat
phariſei d vnu & int q̄uit
ex eis legis doctor tp
tans eu m̄ dic q̄ ē mad
magne & pme ē Obiectio
Vod de q̄ro de & pilato
Lectio d dñi videlic nre
ſuſc q̄ord ſu alta d̄ſc
ſc d̄ſcord mu de phariſeis
& ſadducis d̄ſcip q̄ui d̄ſc
quidem q̄ſtio ſuſ ſ ad tptā

ihm pat̄ mēt uenerut In
Ipse aut p oīb⁹ loquebat
vt s̄ nulla fiat̄ solut̄o
sūdeat̄ et q̄ magnū sit
hoc mādatū dēo gat no
stre dēsideat̄ ēt triplat̄ vt
quid q̄ ille enūciet omnī
onem q̄rēs maiōrē quid
assūs magnū & de pluribꝰ
ru oīū que deus mādauit
magna sūt Tu aut Iāo p̄ma
Ergo lectū doctor p̄magn
ēt mādatū magnū
hoc Vigilem vōt nos
tra & discipl⁹ simplicis
simꝰ deprecat̄ ēt maligni
simꝰ maledicat̄ tu Dauīd
Hoc quod ē mādatū magn
num hoc ait ille ihc dilectꝰ
dñm deū tuū ex toto cōde tuo
Quid nobis videt de xpo nr̄o

filiq; ꝙ dixit ei omis dauid dixit
eis dñs quomō dauid ō spū vo
cat eū dominū dicēs dixit dñs
dño meo sede ad dexteris meis ñ
Omis cū eo nō fecit eis ꝙ petij
nolite uocare uobis sup terā vnq
ꝙ cepit ee qui ō eis ꝙ nr no
ttemij magrū qr mosē ee vnq ꝙ xpc
Ecce preuona Nunc xpc ca
mi spū michi uic ꝙ dixit
nouū ydoiq qui sedm dcā ac
atq ꝙ ꝙ ō iustica ꝙ sactitate
ueritatis Deo grās Sollē
Omnes ꝙ migrioz dcq vni
uersa nos ad vādia ppiia
tus dñe clude vt michi ꝙ cdpe
pū dñe dū quc tua sut lucē
michi cyquam Sanctum
Filioque ipe ispedet ihs ō nau
cu lō transfretauit ꝙ ueit in
ciuitate suā Et ec offerebat
ei paly tiū iacte ō leo ꝙ Obiōui

Post quam ascendit xp̃s in naviculam
transfretavit et venit in civitatem
suam et ecce offerebant ei hominem
paralyticum jacentem in lecto et videns
Jesus fidem illorum dixit paralytico
confide fili remittuntur tibi peccata tua
et ecce quidam de scribis dixerunt intra se
hic blasphemat et cognoscens Jesus cogitationes
eorum dixit ut quid cogitatis mala in cordibus
vestris quid est facilius dicere dimittuntur tibi
peccata aut dicere surge et ambula ut autem
sciatis quia filius hominis habet potestatem
in terra dimittendi peccata tunc ait paralytico
surge tolle lectum tuum et vade in domum tuam
et surrexit et abiit in domum suam

ti pcta tua ā Cū vidiss ihc fidē
illoz dixit paltyco surge tolle
lectū tuū & vade d domū tuā
q fides tua te saluū fecit vade
d pace ā Videntes t̄bē timuerūt
et glorificauerūt deū q dedit po
testatē ā talem gō lactū suū d q
iactabat magnificat deū & omis
plebs vt audit dedit laudē deo

Feria vidctr Omnia q̄ fiūt
quomō cautc abulchis no
quasi despictis sed vt despictis
redimctis tpis q̄m dicit ma
sut deo fidē Sollecta

Elegit q̄s dne fidelibus
tuis d dulcedinē placatq
et pacē vt petit ab oibs mun
dū offensis & remissa ti me
te delcamus Secundū matheū

In illo tpe loquebat ihc cū
discipulis suis imprabolis dicēs

Similr ꝫ regnū celoꝝ homi
regi qui fecit nuptias filio suo
Regnū celoꝝ est
Placet q̄ d̄ sacro euāgelio p̄ns
cōia nouatur lectōe quippe
in quoꝝ regnū celoꝝ dicit Luna
cum p̄ ecclīa dicit Dñs ad m̄
sedē ꝫ t salomon aut aia
iusti sedes ꝫ sapiencie Et
Paulus dicit xp̄m Dei vir
tutē et dei sapiā aut iusti
sedes sapiē dñi ad dicit sedes
Da ad q̄ ꝫ aia iusti Quinc
de scr̄a p̄ diuersoꝝ dicit Ecce
enarrat q̄ dicaz Da leo terra
Regnū q̄ celoꝝ ꝫ aia iusti
toꝝ q̄ dñi corp̄ cōDa m
ter mi abiunt p̄ quod ad
ducta suspirat in deū dñs q̄

malquibus cognat tu dñe

Audiate ꝺ vitatꝭ cat pñs ꝺus mau
paraui venite ad nupcias ꝺicit
ꝺns Ag Stupnic quide pate fut
ꝭ qu ꝺ vitati erat no fuerut
digni ite ad exitꝰ viaꝝ ⁊ q̄sꝯ
ꝺ venerit vocate ad nupcias ꝺicit
ꝺns Ā Stmisit q̄mo q̄ꝫ ꝺ tra ſi
no q̄ꝫ vocte nupcialꝫ ad ille
ob mutuit ꝛc aut ꝺixit ligatꝭ
manꝫ ⁊ pedibꝫ mittite i tenc
bras exteriꝰ Ag Illic erit em ſut
vocatꝰ pauꝫ vo electi ꝺicit ꝺns
Vō q̄ꝫ ꝺ Loquebat iqt ad diſ
ꝺebet ſtare pꝫ omelia Stpe ꝺ
iqt ꝺ nauꝫ ⁊ Anno xxvi cap

Epte Cofortam ꝺ ꝺno et
ꝺ potiꝫ vbiꝰ cuꝫ ꝺui
te uob ex matura ꝺei vt poſ
ſitꝭ ſtare ad vſq ꝺ ſydiaꝫ ꝺrabꝫ
Fſimilid tua qꝫ ꝺne coh ōi
nua pietate ꝛeſpꝺi vt ab
oibꝫ ad vꝛitatibꝫ te ꝑtrahere

vt dcpcd'ct q̄ sanct filiū eq
corpalem go ꝓcba dm̄ quc
ebat qui ꝑ ssm̄ mq̄m dcat
rat quida regulus nic filiq im
firmabat capharnau hic ad au
dissct q̄ ihc venirct d galilcam
rogabat ad vt sanct filiū eius
Dne descde, vt sanct filiū tuū
meū ꝓcul q̄m moiat dicat a ihc
uadc filiq tuq viuit alld log
nouit aut pr̄ q̄ illa hora erat
d qua dixit ihc filiq tuq viuit
et credidit ipe t domq eq tota

Feria ꝯsida Dñica sancti

D no ihū q̄ qui cepit
d vobis opa bonū ꝑficit xp̄s
in die ihū xp̄i Oratio

Deus refugiū nrm̄ t vta
ad cuius pias cāmie huc ꝓcbq
auctor ipe pietatis t pcm vt
d fidelis pchimq cffimat
ꝯsequamur q̄ d t mathū

debitorē pdmam dat mihi
talentorū tā facile dimisit ḡr
tomagis q̄ſus ſuos vnuſquiq
nrm non ab īmicis debet
Vnde aut dns huo reddē q̄
debēs pdēs aut fug illē rogabat
cū dicēs patientiā habe ō me
et omnē reddā tibi Vocatus ha
be ō me dne patiā et omnē reddā
tibi Cecidit nequā omē debitū
dimisi tī q̄m rogasti me nonne
ḡ oportuit et te miſereri cōſer
tui et ego tui miſertus ſū dicat dns

Ex pmo Quia xpc in ſapi
entibus mūdi eſtolit et ob
ſcuate cor qui ita abulant
hc habetur ſēma vocata
Deus refugium nrm et vtus
ad eſto pyſ cunc tue pabis
auctor ipe piſtolē et pcō vi
q̄ ſidelitē pcha effugiāt et
ſequamur ḡ D matheum

Post hec ipe dñs cū discipulis suis matthei
pharisei cōsilium dederunt ut ca-
perent ihm̄ in sermone et mittunt
ei discipulos suos cū herodianis
Lex pro tri
cesare augusto iudea subiecta
romanis quando a toto orbe ce-
lebrata descriptio stipendia-
ria sua fuit fuerat et cat̄ ypo-
magna reditus ducatibus abus
et tributa et questus p̄ romanis
populis inferrent debebant
per solui deu aut leo octauia
Pharisei vso qui sibi plau-
debat de iustitia erroneo
mitebāt no debe ypm̄ dei qui
deoas soluet et primitias da-
ret et octa que dabat septa put
Ovmanis laudebāt subiect
cesar augusto antipatri

filud alicui fecerat et postea
testes in dicto constituit vt quibus
possit et romano pareat
imperio Tu aut dne
Nb cadtes plationi quod dictum
vt capiat usum d sermone alieni
Negt ruq qui uctate dt et vita da
d veritate docet alia sine rationi
ta a iudicio dni q liq reputa dari
reatu et que sut dei dca alia
Addit q sut reatus reatu
et que sut dei dca alia de rerum
Non reputamq capitulu
uobis dcatis et postula
tis vt d plenam actionc
voluntatis cuius d omi papia
et d statu spiritali dolia da
cuiquid nem Secm matheum
illo tpe loquente eis ecce
princeps vnus accessit ad eu
et adorabat eu dicens dne filia

mea mo de ſucta ꝫ ſ vem ꝺ
pone manu tua ſup ea ⁊ viuet
Otauꝰ ſcꝫ dr ℣ Et eundem
nu ꝺ quo pncps ſpitꝰ
filia ſua poſtulat uolens
de mꝫſtio uite eternipotis
edoceri dr tu aut dne ℣ Sexta
Et ꝺ ſub intrat mlier ſanguis
ne fluens ꝫ octauo ſana
t̄ loꝫ vt pncpis filia de
ꝫclusa numꝫo veniat ad no
uꝫ iuxta illud ꝑ almiſte ⁊
thiopia pcurrit manꝫ eiꝰ
Hec enim mlier que ſanguinis
fluxu patiebat annos
duodecim ꝫ euangelio ſeptima luce
ſtitut ꝺ filia pncipis duo
decim annos ꝫgens erat ſtatim ꝺ
Aloquente ihu ad turbas eas pncps
vnꝰ qui nō iaceus earꝫpit ad eū
dne filia mea mo de ſucta ꝫ ſ
veni impone manu tua ſup ea

et mundabat dicens se si tetigero fimbriam vestimenti eius
salua ero Et confestim fluxus sanguinis
restitit et sensit corpore quod sanaretur a plaga
Dixit ergo ihesus discipulis suis Ecce ascendimus
hierosolymam et filius hominis tradetur principibus
sacerdotum et scribis et damnabunt eum morte
et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum
et crucifigendum et tertia die resurget Tunc
accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filiis suis
adorans et petens aliquid ab eo Qui dixit ei quid vis
ut faciam Dicit illi ut dicas ut sedeant duo filii mei
unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram tuam in
regno tuo Respondens autem ihesus dixit Nescitis
quid petatis Potestis bibere calicem quem ego bibiturus
sum et baptismo quo ego baptizor baptizari Dicunt ei
utique Ait illis calicem quidem meum bibetis et baptismo
quo ego baptizor baptizabimini sedere autem ad dexteram
meam vel sinistram non est meum dare vobis sed quibus
paratum est a patre meo Et audientes decem indignati
sunt de duobus fratribus Ihesus autem vocavit eos et
ait Scitis quia principes gentium dominantur eorum et
qui magni sunt potestatem exercent in eos non sic erit
inter vos sed quicumque voluerit inter vos maior fieri
erit vester minister et qui voluerit in vobis primus esse
erit vester servus sicut filius hominis non venit ministrari
sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro
multis Et egredientibus illis ab hiericho secuta est eum
turba multa et ecce duo caeci sedentes secus viam audierunt
quia ihesus transiret et clamaverunt dicentes Miserere
nostri domine fili david Turba autem increpabat eos ut
tacerent At illi magis clamabant dicentes Miserere nostri
domine fili david Et stetit ihesus et vocavit eos et ait
Quid vultis ut faciam vobis Dicunt illi domine ut aperiantur
oculi nostri Misertus autem eorum ihesus tetigit oculos
eorum et confestim viderunt et secuti sunt eum Et cum
appropinquassent hierosolymis et venissent bethphage ad
montem oliveti tunc ihesus misit duos discipulos suos
dicens eis Ite in castellum quod contra vos est et statim
invenietis asinam alligatam et pullum cum ea solvite et
adducite mihi Et si quis vobis aliquid dixerit dicite quia
dominus his opus habet et confestim dimittet eos Hoc
autem factum est ut adimpleretur quod dictum est per
prophetam dicentem Dicite filiae sion Ecce rex tuus venit
tibi mansuetus sedens super asinam et pullum filium
subiugalis Discipuli autem euntes fecerunt sicut ihesus
precepit illis Et adduxerunt asinam et pullum et imposuerunt
super eos vestimenta sua et eum desuper sedere fecerunt
Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via
alii autem cedebant ramos de arboribus et sternebant in
via Turbae autem que precedebant eum et que sequebantur
clamabant dicentes Osanna filio david benedictus qui venit
in nomine domini Osanna in excelsis Et cum intrasset
hierosolymam commota est universa civitas dicens quis
est hic Populi autem dicebant hic est ihesus propheta a
nazareth galilee Et intravit ihesus in templum dei et
eiecit omnes vendentes et ementes in templo et mensas
numulariorum et cathedras vendentium columbas et dixit
eis scriptum est domus mea domus orationis vocabitur vos
autem fecistis illam speluncam latronum Et accesserunt
ad eum caeci et claudi in templo et sanavit eos Videntes
autem principes sacerdotum et scribae mirabilia que fecit
et pueros clamantes in templo et dicentes Osanna filio
david indignati sunt et dixerunt ei audis quid isti dicunt
Ihesus autem dixit illis utique nunquam legistis quia ex
ore infantium et lactentium perfecisti laudem Et relictis
illis foras abiit in bethaniam ibique mansit mane autem
revertens in civitatem esurivit Et videns fici unam secus
viam venit ad eam et nihil invenit in ea nisi folia tantum
et ait illi nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum
Et arefacta est continuo ficulnea Et videntes discipuli
mirati sunt dicentes quomodo continuo aruit ficulnea
Respondens autem ihesus ait illis amen dico vobis si habueritis
fidem et non hesitaveritis non solum de ficulnea facietis
sed et si monti huic dixeritis tollere et mittere in mare
fiet et omnia quecumque petieritis in oratione credentes
accipietis Et cum venisset in templum accesserunt ad eum
docentem principes sacerdotum et seniores populi dicentes
in qua potestate hec facis et quis tibi dedit hanc potestatem
Respondens autem ihesus dixit illis interrogabo et ego vos
unum verbum quod si dixeritis mihi et ego dicam vobis in
qua potestate hec facio Baptismus iohannis unde erat
de celo an ex hominibus Qui cogitabant inter se dicentes
si dixerimus de celo dicet nobis quare ergo non credidistis
ei si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam omnes
enim habebant iohannem sicut prophetam Et respondentes
ihesu dixerunt nescimus Ait illis et ipse nec ego dico vobis
in qua potestate hec facio Quid autem vobis videtur homo
quidam habebat duos filios et accedens ad primum dixit
fili vade hodie operare in vinea mea Ille autem respondens
ait nolo postea autem penitentia motus abiit Et accedens
ad alterum dixit similiter Ille autem respondens dixit ego
domine et non abiit Quis ex duobus fecit voluntatem patris
Dicunt illi primus Ait illis ihesus amen dico vobis quia
publicani et meretrices precedunt vos in regnum dei Venit
enim ad vos iohannes in via iustitie et non credidistis ei
publicani autem et meretrices credidere ei vos autem videntes
nec penitentiam habuistis postea ut crederetis illi Parabolam
audite aliam homo erat pater familias qui plantavit vineam
et sepem circumdedit ei et fodit in ea torcular et edificavit
turrem et locavit eam agricolis et peregre profectus est
Cum autem tempus fructuum appropinquasset misit servos
suos ad agricolas ut acciperent fructus eius Et agricole
apprehensis servis eius alium ceciderunt alium occiderunt
alium vero lapidaverunt Iterum misit alios servos plures
quam primi et fecerunt illis similiter Novissime autem misit
ad eos filium suum dicens verebuntur filium meum Agricole
autem videntes filium dixerunt intra se hic est heres venite
occidamus eum et habebimus hereditatem eius Et apprehendentes
eum eiecerunt extra vineam et occiderunt Cum ergo venerit
dominus vineae quid faciet agricolis illis Ait illi quia malos
male perdet et vineam suam locabit aliis agricolis qui reddant
ei fructum temporibus suis Dicit illis ihesus numquam legistis
in scripturis lapidem quem reprobaverunt edificantes hic factus
est in caput anguli a domino factum est istud et est mirabile
in oculis nostris Ideo dico vobis quia auferetur a vobis regnum
dei et dabitur genti facienti fructus eius Et qui cadet super
lapidem istum confringetur super quem autem ceciderit conteret
eum Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas
eius cognoverunt quia de ipsis dicit Et quia querebant eum
tenere timuerunt turbas quoniam sicut prophetam illum habebant
Respondens autem ihesus iterum dixit in parabolis dicens
Simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias
filio suo Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias et
nolebant venire Iterum misit alios servos dicens dicite invitatis
ecce prandium meum paravi tauri mei et altilia occisa sunt et
omnia parata venite ad nuptias Illi autem neglexerunt abierunt
alius quidem in villam suam alius vero ad negotiationem suam
reliqui vero tenuerunt servos eius et contumeliis affectos occiderunt
Rex autem cum audisset iratus est et mittens exercitus suos
perdidit homicidas illos et civitatem illorum incendit Tunc ait
servis suis nuptie quidem parate sunt sed qui invitati erant non
fuerunt digni ite ergo ad exitus viarum quotquot inveneritis
vocate ad nuptias Et egressi servi eius in vias congregaverunt
omnes quos invenerunt malos et bonos et impletae sunt nuptiae
discumbentium Intravit autem rex ut videret discumbentes et
vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali Et ait illi amice
quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem At ille obmutuit
Tunc dixit rex ministris ligatis manibus et pedibus eius mittite
eum in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium
Multi enim sunt vocati pauci vero electi Tunc abeuntes pharisei
consilium inierunt ut caperent eum in sermone Et mittunt ei
discipulos suos cum herodianis dicentes magister scimus quia
verax es et viam dei in veritate doces et non est tibi cura de
aliquo non enim respicis personam hominum dic ergo nobis quid
tibi videtur licet censum dare cesari an non Cognita autem
ihesus nequitia eorum ait quid me temptatis hypocrite ostendite
mihi numisma census At illi obtulerunt ei denarium Et ait
illis cuius est imago hec et superscriptio Dicunt ei cesaris
Tunc ait illis reddite ergo que sunt cesaris cesari et que sunt
dei deo Et audientes mirati sunt et relicto eo abierunt Et
accesserunt ad eum sadducei qui dicunt resurrectionem non esse
et interrogaverunt eum dicentes magister moyses dixit si quis
mortuus fuerit non habens filios ut ducat frater eius uxorem
illius et suscitet semen fratri suo Erant autem apud nos septem
fratres et primus uxore ducta defunctus est et non habens semen
reliquit uxorem suam fratri suo Similiter secundus et tertius
usque ad septimum Novissime autem omnium defuncta est et mulier
In resurrectione ergo cuius de septem erit uxor omnes enim habuerunt
eam Respondens autem ihesus dixit illis errabatis nescientes
scripturas neque virtutem dei In resurrectione enim neque nubent
neque nubentur sed erunt sicut angeli dei in celo Non autem
legistis quod dictum est a deo dicente vobis ego sum deus abraham
et deus isaac et deus iacob non est deus mortuorum sed vivorum
Et audientes turbe mirabantur super doctrina eius Pharisei autem
audientes quia silentium imposuit sadducaeis convenerunt in unum
Et interrogavit unus ex eis legis doctor temptans eum et dicens
magister quod est mandatum magnum in lege Ihesus autem dixit
illi diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et in tota anima
tua et in tota mente tua hoc est maximum et primum mandatum
Secundum autem simile est huic diliges proximum tuum sicut te
ipsum In his duobus mandatis universa lex pendet et prophete
Congregatis autem pharisaeis interrogavit eos ihesus dicens quid
vobis videtur de christo cuius filius est Dicunt ei david Ait
illis quomodo ergo david in spiritu vocat eum dominum dicens
dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum Si ergo david vocat eum dominum
quomodo filius eius est Et nemo poterat ei respondere verbum
neque ausus fuit quisquam ex illa die amplius eum interrogare
Tunc ihesus turbis et discipulis suis locutus est dicens super
cathedram moysi sederunt scribae et pharisaei Omnia ergo quecumque
dixerint vobis servate et facite secundum vero opera eorum nolite
facere dicunt enim et non faciunt Alligant autem onera gravia et
importabilia et imponunt in humeros hominum digito autem suo nolunt
ea movere Omnia autem opera sua faciunt ut videantur ab hominibus
Dilatant enim phylacteria sua et magnificant fimbrias vestimentorum
suorum Amant autem primos recubitus in cenis et primas cathedras
in synagogis et salutationes in foro et vocari ab hominibus rabbi
Vos autem nolite vocari rabbi unus est enim magister vester omnes
autem vos fratres estis Et patrem nolite vocare vobis super terram
unus est enim pater vester qui in celis est Nec vocemini magistri
quia magister vester unus est christus Qui maior est vestrum
erit minister vester Quicumque autem se exaltaverit humiliabitur
et qui se humiliaverit exaltabitur Vae autem vobis scribae et
pharisaei hypocrite quia clauditis regnum celorum ante homines
vos enim non intratis nec introeuntes sinitis intrare Vae vobis
scribae et pharisaei hypocrite quia devoratis domos viduarum
orationes longas orantes propterea amplius accipietis iudicium
Vae vobis scribae et pharisaei hypocrite quia circuitis mare et
aridam ut faciatis unum proselytum et cum fuerit fecistis eum
filium gehenne duplo quam vos Vae vobis duces cecy qui dicitis
quicumque iuraverit per templum nichil est quod autem iuraverit
in auro templi debet Stulti et cecy quid enim maius est aurum
an templum quod sanctificat aurum Et quicumque iuraverit in
altari nichil est quod autem iuraverit in dono quod est super
illud debet Cecy quid enim maius est donum an altare quod
sanctificat donum Qui ergo iurat in altari iurat in eo et in
omnibus que super illud sunt Et qui iurat in templo iurat in
illo et in habitante in eo Et qui iurat in celo iurat in throno
dei et in sedente super eum Vae vobis scribae et pharisaei
hypocrite quia decimatis mentam et anetum et cyminum et reliquistis
que graviora sunt legis iudicium et misericordiam et fidem haec
autem oportuit facere et illa non omittere Duces cecy excolantes
culicem camelum autem glutientes Vae vobis scribae et pharisaei
hypocrite quia mundatis quod de foris est calicis et catini
intus autem pleni estis rapina et immunditia Cece pharisee
munda prius quod intus est calicis et catini ut fiat quod de
foris est mundum Vae vobis scribae et pharisaei hypocrite quia
similes estis sepulchris dealbatis que a foris parent hominibus
speciosa intus autem plena sunt ossibus mortuorum et omni
spurcitia Sic et vos a foris quidem paretis hominibus iusti
intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate Vae vobis scribae
et pharisaei hypocrite quia edificatis sepulchra prophetarum et
ornatis monumenta iustorum et dicitis si fuissemus in diebus
patrum nostrorum non essemus socii eorum in sanguine prophetarum
Itaque testimonium perhibetis vobismetipsis quod filii estis
eorum qui occiderunt prophetas Et vos implete mensuram patrum
vestrorum Serpentes genimina viperarum quomodo fugietis a
iudicio gehenne Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes
et scribas ex illis occidetis et crucifigetis et ex eis flagellabitis
in synagogis vestris et persequemini de civitate in civitatem
ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super
terram a sanguine abel iusti usque ad sanguinem zacharie filii
barachie quem occidistis inter templum et altare Amen dico vobis
venient omnia hec super generationem istam Hierusalem hierusalem
que occidis prophetas et lapidas eos qui missi sunt ad te quotiens
volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos
suos sub alas et noluisti Ecce relinquetur vobis domus vestra
deserta Dico enim vobis non videbitis me amodo donec dicatis
benedictus qui venit in nomine domini Et egressus ihesus templum
ibat et accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei edificationes
templi Ihesus autem dixit illis videte omnia hec nonne videtis
amen dico vobis non relinquetur hic lapis super lapidem qui non
destruatur Sedente autem eo super montem oliveti accesserunt ad
eum discipuli secreto dicentes nobis quando hec erunt et quod
signum adventus tui et consummationis seculi Et respondens ihesus
dixit eis videte ne quis vos seducat multi enim venient in nomine
meo dicentes quia ego sum christus et multos seducent Audituri
autem estis proelia et opiniones proeliorum videte ne turbemini
oportet enim hec fieri sed nondum est finis Surget enim gens contra
gentem et regnum adversus regnum et erunt pestilentie et fames et
terremotus per loca Hec autem omnia initia sunt dolorum Tunc
tradent vos in tribulationem et occident vos et eritis odio omnibus
gentibus propter nomen meum Et tunc scandalizabuntur multi et
invicem tradent et odio habebunt alterutrum Et multi pseudoprophete
surgent et seducent multos Et quoniam habundavit iniquitas refrigescet
caritas multorum Qui autem perseverabit usque in finem hic salvus
erit Et predicabitur hoc evangelium regni in universo orbe in
testimonium omnibus gentibus et tunc veniet consummatio Cum ergo
videritis abominationem desolationis que dicta est a daniele
propheta stantem in loco sancto qui legit intelligat Tunc qui in
iudea sunt fugiant ad montes Et qui in tecto non descendat tollere
aliquid de domo sua Et qui in agro non revertatur tollere tunicam
suam Vae autem pregnantibus et nutrientibus in illis diebus Orate
autem ut non fiat fuga vestra hieme vel sabbato Erit enim tunc
tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo neque
fiet Et nisi breviati fuissent dies illi non fieret salva omnis
caro sed propter electos breviabuntur dies illi Tunc si quis vobis
dixerit ecce hic est christus aut hic non credatis Surgent enim
pseudochristi et pseudoprophete et dabunt signa magna et prodigia
ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi Ecce
predixi vobis Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est nolite
exire ecce in penetralibus nolite credere Sicut enim fulgur exit
ab oriente et paret usque in occidentem ita erit et adventus filii
hominis Ubicumque fuerit corpus illic congregabuntur aquile
Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur
et luna non dabit lumen suum et stelle cadent de celo et virtutes
celorum commovebuntur Et tunc parebit signum filii hominis in
celo et tunc plangent omnes tribus terre et videbunt filium hominis
venientem in nubibus celi cum virtute multa et maiestate Et mittet
angelos suos cum tuba et voce magna et congregabunt electos eius
a quatuor ventis a summis celorum usque ad terminos eorum Ab
arbore autem ficulnea discite parabolam cum iam ramus eius tener
fuerit et folia nata scitis quia prope est estas Ita et vos cum
videritis hec omnia scitote quia prope est in ianuis Amen dico
vobis quia non transibit generatio hec donec omnia hec fiant
Celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt De die
autem illa et hora nemo scit neque angeli celorum nisi solus pater
Sicut autem in diebus noe ita erit et adventus filii hominis
Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes et bibentes
nubentes et nuptui tradentes usque ad eum diem quo intravit noe
in arcam Et non cognoverunt donec venit diluvium et tulit omnes
sic erit et adventus filii hominis Tunc duo erunt in agro unus
assumetur et unus relinquetur Due molentes in mola una una
assumetur et una relinquetur Vigilate ergo quia nescitis qua
hora dominus vester venturus sit Illud autem scitote quod si
sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset vigilaret utique
et non sineret perfodi domum suam Ideo et vos estote parati quia
qua hora non putatis filius hominis venturus est Quis putas est
fidelis servus et prudens quem constituit dominus super familiam
suam ut det illis escam in tempore Beatus ille servus quem cum
venerit dominus invenerit sic facientem Amen dico vobis super
omnia bona sua constituet eum Si autem dixerit malus servus ille
in corde suo moram facit dominus meus venire et cepit percutere
conservos suos manducet autem et bibat cum ebriosis Veniet dominus
servi illius in die qua non sperat et hora qua ignorat Et dividet
eum partemque eius cum hypocritis ponet ibi erit fletus et stridor
dentium Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus que
accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponse Quinque
autem ex eis erant fatue et quinque prudentes Sed fatue accipientes
lampades suas non sumpserunt oleum secum Prudentes vero acceperunt
oleum in vasis cum lampadibus suis Moram autem faciente sponso
dormitaverunt omnes et dormierunt Media autem nocte clamor factus
est ecce sponsus venit exite obviam ei Tunc surrexerunt omnes
virgines ille et ornaverunt lampades suas Fatue autem sapientibus
dixerunt date nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur
Responderunt prudentes dicentes ne forte non sufficiat nobis et
vobis ite potius ad vendentes et emite vobis Dum autem irent
emere venit sponsus et que parate erant intraverunt cum eo ad
nuptias et clausa est ianua Novissime autem veniunt et reliquae
virgines dicentes domine domine aperi nobis Qui respondens ait
amen dico vobis nescio vos Vigilate itaque quia nescitis diem
neque horam Sicut enim homo peregre proficiscens vocavit servos
suos et tradidit illis bona sua Et uni dedit quinque talenta alii
autem duo alii vero unum unicuique secundum propriam virtutem et
profectus est statim Abiit autem qui quinque talenta acceperat
et operatus est in eis et lucratus est alia quinque Similiter
qui duo acceperat lucratus est alia duo Qui autem unum acceperat
abiit fodit in terra et abscondit pecuniam domini sui Post multum
autem temporis venit dominus servorum illorum et posuit rationem
cum eis Et accedens qui quinque talenta acceperat obtulit alia
quinque talenta dicens domine quinque talenta tradidisti mihi
ecce alia quinque lucratus sum Ait illi dominus eius euge serve
bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis super multa te
constituam intra in gaudium domini tui Accessit autem et qui duo
talenta acceperat et ait domine duo talenta tradidisti mihi ecce
alia duo lucratus sum Ait illi dominus eius euge serve bone et
fidelis quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam
intra in gaudium domini tui Accessit autem et qui unum talentum
